

292 FRAN. PETRARCH.
ab hoc sermone diuellerer.

M A P H E V S M E D I O L A N E N -
S I S .

MApheus Vice Comes, vir ætate prudenterissimus est habitus, is Mediolanensi patria, præpotentis inimici viribus pulsus, dum ad Canem magnum Veronensem, exulum atque inopum, ut iam diximus, hospitale notissimum confugisset, turbas hominum atque conspectum vitans, quod curis grauioribus pressi solent, procul à ciuitate solitarium, ut aiunt, sibi elegit habitaculum: Vbi cum breui tempore deserti senis exilium ludibrium esse inciperet, quo fama loqueretur, solum ac vagantem, dies integros, supra ripam Benaci lacus agere, superbus hostis vnum ex suis ad eum illudendi gratia misisse traditur: qui soli vagum ut audierat prospiciens, aliquandiù contemplatus accessit, & Domini sui verbis quæsivit primū: Quid illic solus agebet? Respondit senior: Retia tendo, solus ideo, ne quis obstrepet: subsecutus nuncius. Qui me inquit dirigit, scire cupit ex te, quibus viis & quando sp̄eres in patriā reuerti. Et ille: Eisde, inquit, quib. sḡressus sum, sed non antequām fl̄gitia sua,